HAIMO ALTISSIODORENSIS
12. Jh.
Seite 27r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift



27

uator ait in euangelio. Omnis qui se exaltat
humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur.
Vnde nos alia scriptura ammonet dicens.
Quanto magnus es. tanto humilia te
omnibus. et coram domino inuenies gratiam. Et iterum. Humiliamini sub potenti manu dei.
et cetera. Et ne putares illum esse contemnendum qui propter dominum hic se humiliat. egra
am sententiam adunant dicens. Qui suscepit unum paruulum talem in nomine meo.
me suscipit. Hoc est quod dominus in futurum se
promisit dicturum. Quam diu uni ex minimis meis fecistis. Et iterum signanter ait. Qui
susceperit unum paruulum talem in nomine meo. me suscipit. Quam uis enim [illegible] non sint
eligendum cum iuxta scripturae uo[illegible] esse bene
facere debeamus. illis tamen qui [illegible] propter
dominum paruuli et humiles esse eligunt. in eu
ius utique moribus christum esse cognoscimus. specialem benuolentiam impendere debemus.
Vnde cum pius pater filium instruerit ait. Lanem
tuum et unum tuum super sepulturam iusti esti
tue. et ne communicaueris ei reo cum peccatoribus. Et iterum. Desudet elemosina in ma
nu tua. donec inuenias iustum cui ea tra
das. Hinc et paulus ait. Dum tempus habemus.
operemur bonum ad omnes. Qui enim bona tem
poralia illis impendit in quibus uita et mo
ribus christum habitare cognoscit. profecto illum
bum pecunia amore impendit. Vnde bene
dicitur in nomine meo. Vtique enim bona tem
poralia non in nomine christi. sed ut laudem bo
minum captare possint tribuunt. De quibus
scriptum est. Quesierunt gloriam hominum magis
quam dei. Omnia uero opera sua faciunt ut inde
ant ab hominibus. Et iterum. Amen dico uobis.
receperunt mercedem suam. Et ne ad suscipiendos hospites peregrinos pigri remaneremus. se ipsum in his suscipi promisit
cum ait. Qui susceperit unum paruulum talem
in nomine meo. me suscipit. Vnde et ipse
alibi ait. Qui suscipit prophetam in nomine
prophete. mercedem prophete accipiet. Et quod suscipit iustum in nomine iusti. mercedem
iusti accipiet. Et iterum. Qui uos recipit.
me recipit. Et quod uos spernit. me spernit.
Sicut autem suscipientibus merces promittitur. sic duris et auaris pena indicitur cum
sub infertur. Qui autem scandalizauerit unum
de pusillis istis qui in me credunt. expedit
ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris. Vbi con
siderandum est quam graue peccatum sit scandalizare fratrem. quando etiam scandalizantibus
talis uindicta comminatur. Quod autem ait. expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo
eius et demergatur in profundum maris. luxta morem puncie loquitur. ubi apud ueteres
iudeos capitalia crimina hoc supplicio punebantur. Non igitur arbitretur leue peccatum
esse scandalum fratris. cum scandalizantibus talis
pena paratur. quo sicut alibi in euangelio ait. qui
dixerit fratri suo fatue. reus erit gehenne
ignis. Quod se cauere omnino apostolus ostendit
cum ait. Melius est in uinum manducare carnem
et non bibere unum. neque aliquid in quo frater meus
scandalizetur. A quo peccato etiam discipulos
suos compescit dicens. Quare tu scandalizes